Trach. At pol ego te adiuvo nam bonis quod
bene fit haud perit.

Gr. Turbida tempestas heri fuit, 910
nil habeo, adulescens, piscium, ne tu mihi esse
postules;

non vides referre me uvidum rete, sine squamoso
pecu?

Trach. Non edepol piscis expeto quam tui sermonis sum
indigens.

Gr. Enicas iam me odio, quisquis es.

Trach. Non sinam ego abire hinc te. mane.

Gr. Cave sis malo. quid tu, malum, nam me retrahis?

Trach. Audi.

RUDENS

immortalize my glorious career, and found a great big empire there. Ah, these are big things I'm busying my head with here! Now I'll hide this trunk. (*looking in his lunch basket as he puts it down*) Hm! His majesty'll have his lunch seasoned with sour wine and salt, without any tasty relish. (*begins dragging off the trunk in the net, one of the ropes dangling behind him*)

Scene 3.

ENTER *Trachalio*.

Trach. (*observing with interest the contents of the net*) Hi, there! Wait!

Gr. Wait? What for?

Trach. (*casually picking up the end of the rope*) Till I coil up this rope you're trailing.

Gr. (*gruffly*) Here you! Hands off!

Trach. (*genially*) Heavens, but I'm helping you! "Good turns done to the good never go for naught," you know. (*coils up the rope, getting nearer the net*)

Gr. (*very uneasy*) There was a wild gale last night. I have no fish at all, young fellow, and you needn't think I have. Don't you see I'm bringing back a wet net and not a one of (*forcing a grin*) the scaly herd?

Trach. Lord, man, I'm not so anxious for your fish as hungry for your conversation. (*still coiling the rope and eyeing the trunk*)

Gr. You're boring me to death, whoever you are. (*moves on, dragging the net*)

Trach. (*pulling on the rope*) Ah, but I won't let you leave me. Wait.

Gr. (*turning on him angrily*) Just look out or you'll get hurt! What the devil do you mean, holding me back?

Trach. Listen.

TITUS MACCIUS PLAUTUS

- Gr.* Non audio.
- Trach.* At pol qui audies post.
- Gr.* Quin loquere quid vis.
- Trach.* Eho mane dum, est operae pretium quod tibi ego
narrare volo.
- Gr.* Eloquere quid id est?
- Trach.* Vide num quispiam consequitur prope nos.
- Gr.* Ecquid est quod mea referat?
- Trach.* Scilicet.
sed boni consili ecquid in te mihi est? 950
- Gr.* Quid negoti est, modo dice.
- Trach.* Dicam, tace,
si fidem modo das mihi te non fore infidum.
- Gr.* Do fidem tibi, fidus ero, quisquis es.
- Trach.* Audi.
furtum ego vidi qui faciebat;
noram dominum, id cui fiebat,
post ad furem egomet devenio
feroque ei condicionem hoc pacto:
'ego istuc furtum scio cui factum est;
nunc mihi si vis dare dimidium,
indicium domino non faciam.'
is mihi nihil etiam respondit.
quid inde aequom est dari mihi? dimidium 960
volo ut dicas.
- Gr.* Immo hercle etiam amplius,
nam nisi dat, domino dicundum
censeo.
- Trach.* Tuo consilio faciam.
nunc advorte animum; namque hoc omne
attinet ad te.
- Gr.* Quid factumst?
- Trach.* Vidulum istum cuiust novi ego hominem iam pridem.
- Gr.* Quid est?
- Trach.* Et quo pacto periit.

RUDENS

Gr. I won't listen!

Trach. (*significantly*) Ah, but you shall listen, later.

Gr. (*trying to seem indifferent*) Well, well, say what you want. (*gets a fresh grip on his rope*)

Trach. (*doing the same*) Oho! Now you just wait! It's worth attention, what I want to tell you.

Gr. Out with it, then, will you!

Trach. (*coming closer, and looking about warily*) See if anyone's near, trailing us.

Gr. (*nervously*) Has it got anything to do with me?

Trach. Rather. But have I got in you a man of discretion?

Gr. What's it all about? Only tell me!

Trach. Hush, hush! I will tell you, if you'll only promise me to play fair.

Gr. I promise, I'll play fair, whoever you are.

Trach. Listen. I saw a person commit a theft. (*Gripus is visibly relieved*) I knew the owner of the property, and afterwards approached the thief, and put the proposition to him in this way. "I know the man you stole that from," says I. "Now if you want to go halves with me, I won't inform the owner." Not a blessed thing did the fellow answer. Now what's my fair share of it? I hope you'll say half.

Gr. Half! Good Lord, yes, and more too! And unless you get it, the owner ought to be told, that's what I think.

Trach. I'll follow your advice. Now pay attention; for all this affects you.

Gr. (*startled*) Eh? How's that?

Trach. That trunk there—I've known its owner for a long time.

Gr. Eh? What?

Trach. And I know how it was lost.

TITUS MACCIUS PLAUTUS

Gr. At ego quo pacto inventust scio
et qui invenit hominem novi et dominus qui nunc
est scio.

nihilo pol pluris tua hoc quam quanti illud refert
mea :

ego illum novi cuius nunc est, tu illum cuius antehac
fuit.

hunc homo feret a me nemo, ne tu te speres potis.

Trach. Non ferat si dominus veniat ?

Gr. Dominus huic, ne frustra sis,
nisi ego nemo natust, hunc qui cepi in venatu meo. 970

Trach. Itane vero ?

Gr. Ecquem esse dices in mari piscem meum ?
quos cum capio, siquidem cepi, mei sunt ; habeo
pro meis,
nec manu adseruntur neque illinc partem quisquam
postulat.

in foro palam omnes vendo pro meis venalibus.

mare quidem commune certost omnibus.

Trach. Adsentio :
qui minus hunc communem quaeso mi esse oportet
vidulum ?

in mari inventust communi.

Gr. Esne impudenter impudens ?
nam si istuc ius sit quod memoras, piscatores peri-
erint.

quippe quom extemplo in macellum pisces prolati
sient,

nemo emat, suam quisque partem piscium poscant
sibi,

dicant, in mari communi captos. 980

Trach. Quid ais, impudens ?
ausu's etiam comparare vidulum cum piscibus ?
eadem tandem res videtur ?

Gr. In manu non est mea

RUDENS

Gr. (*indignant*) Well, I know how it was found, and I know who found it, and I know who owns it now. And this is no more your business than that is mine, by gad! I know the man it belongs to now, you know the man it used to belong to. Nobody alive's going to get this away from me, and you needn't hope you can.

Trach. Not even the owner, if he came along?

Gr. Owner? Don't you fool yourself! No mother's son owns this but me, that caught it, fishing.

Trach. (*ironically*) Really, now?

Gr. Would you call any fish mine while it's in the sea? When I catch them, supposing I do, then they are mine; I have them for my own, and no one lays claim to them or expects any part of them. And I sell them all in the public market as my wares. Why, the sea's common to all, that's certain.

Trach. Agreed. Then why shouldn't I have a common right to this trunk, tell me that? It was found in the common sea.

Gr. Well, of all the cheeky cheek! Why, if the law was like what you say, it would finish fishermen. Why, the minute fish were carried to market, no one would buy, but all crowd up and claim their share, contending they were caught in the common sea.

Trach. How's that, you cheeky rascal? So you've got the cheek to compare trunks with fish, eh? Really now, does it seem the same to you?

Gr. (*doggedly*) It's a thing I can't control. When I

TITUS MACCIUS PLAUTUS

ubi demisi rete atque hamum, quidquid haesit
extraho.

meum quod rete atque hami nancti sunt, meum
potissimumst.

Trach. Immo hercle haud est, siquidem quod vas excepisti.

Gr. Philosophæ.

Trach. Sed tu enumquam piscatorem vidisti, veneficæ,
vidulum piscem cepisse aut protulisse ullum in
forum?

non enim tu hic quidem occupabis omnis quaestus
quos voles:

et vitorem et piscatorem te esse, impure, postulas. 990

vel te mihi monstrare oportet piscis qui sit vidulus,
vel quod in mari non natum est neque habet
squamas ne feras.

Gr. Quid, tu numquam audisti esse antehæ vidulum
piscem?

Trach. Scelus,
nullus est.

Gr. Immo est profecto; ego, qui sum piscator, scio;
verum raro capitur, nullus minus sæpe ad terram
venit.

Trach. Nil agis, dare verba speras mihi te posse, furcifer.

Gr. Quo colore est, hoc colore capiuntur pauxilluli;
sunt alii puniceo corio, magni item; atque atri.

Trach. Scio.
tu hercle, opino, in vidulum te bis convertes, nisi
eaves:

fiet tibi puniceum eorium, postea atrum denuo. 1000

Gr. Quod scelus hodie hoc inveni.

Trach. Verba facimus, it dies.
vide sis, cuius arbitrato nos vis facere.

RUDENS

let down my net and hook, I pull up whatever's stuck to 'em. Anything my net and hooks get hold of is mine, yes, sir, mine.

Trach. No, by gad, it isn't, not if you've hauled up some utensil, anyhow.

Gr. (*scornfully*) Professor! (*attempts to go*)

Trach. (*pulling on the rope*) Look here, poisoner, did you ever see a fisherman catch a trunk-fish or carry one to market? You shan't monopolize all the trades you want in these parts, now I tell you—trying to pass for trunk-maker and fisherman both, you dirty thing. You've got to show me what a trunk-fish is like, or else you shan't make off with something that wasn't born in the sea and has no scales.

Gr. (*patronizingly*) What? You never heard tell of the trunk-fish before?

Trach. There's no such thing, scoundrel!

Gr. Indeed? Of course there is. I'm a fisherman and I know. They're scarce, I grant you; there's not a fish landed less often.

Trach. Rot! You hope you can fool me, you gallows-bird.

Gr. (*thoughtfully surveying the trunk*) As for the colour—it's generally little fellows they catch the colour of this one; there are others with red skins—they're big ones like mine. You find black ones, too.

Trach. (*menacingly*) Precisely. And I fancy you'll be turning into a trunk yourself, by gad, a double turn, if you don't look out! Your skin'll first turn red and then turn black.

Gr. (*aside*) What a cursed mess I've got into here!

Trach. This is idle talk. Time's flying. Kindly name some judge you want to decide this for us.

TITUS MACCIUS PLAUTUS

- Gr.* arbitratu.¹ ita enim vero. Viduli.
- Trach.* Stultus es.
- Gr.* Salve, Thales.
- Trach.* Tu istunc hodie non feres, nisi das sequestrum aut arbitrum,
quouis haec res arbitratu fiat.
- Gr.* Quaeso, sanus es?
- Trach.* Elleborosus sum.
- Gr.* At ego cerritus, hunc non amittam tamen.
- Trach.* Verbum etiam adde unum, iam in cerebro colaphos apstrudam tuo;
iam ego te hic, itidem quasi peniculus novos exurgeri solet,
ni hunc amittis, exurgebo quidquid umoris tibist.
- Gr.* Tange: adfligam ad terram te itidem ut piscem soleo polypum. 1010
- Trach.* vis pugnare?
- Trach.* Quid opust? quin tu potius praedam divide.
- Gr.* Hinc tu nisi malum frunisci nil potes, ne postules. abeo ego hinc.
- Trach.* At ego hinc offlectam navem, ne quo abeas. mane.
- Gr.* Si tu proreta isti navi es, ego gubernator ero. mitte rudentem, sceleste.
- Trach.* Mittam: omitte vidulum.
- Gr.* Numquam hercle hinc hodie ramenta fies fortunatior.
- Trach.* Non probare pernegando mihi potes, nisi pars datur
aut ad arbitrum reditur aut sequestro ponitur.
- Gr.* Quemne ego excepi in mari—

¹ Leo notes lacuna here: *Trach. Itane?* *Gr. Seyffert.*

¹ One of the "seven wise men" of Greece.

RUDENS

- Gr.* Judge Trunk. Yes, sir, Judge Trunk.
- Trach.* You idiot!
- Gr.* Greetings, you Thales.¹ (*tries again to go*)
- Trach.* (*holding fast to the rope*) You shan't get away with that this day without appointing some trustee or referee to referee the matter.
- Gr.* See here, are you sane?
- Trach.* (*vehemently*) No, I'm beside myself!
- Gr.* (*more vehemently*) Well, I'm raving! I won't let go of this, for all you say!
- Trach.* (*roaring*) You add just one more word and I'll bury my fists in your brains! If you don't let go of this, here and now I'll squeeze out all the juice that's in you, the way they squeeze out a new sponge!
- Gr.* (*changing his tone to one of grim ferocity*) You touch me, and I'll beat the ground with you the way I do with a polypus! D'ye want to fight?
- Trach.* (*much less belligerent*) Aw, what's the use? Come on, let's share the spoils, instead.
- Gr.* All you'll get out of this is trouble, make up your mind to that. I'm going along. (*tugs at the net*)
- Trach.* (*encircling him with the rope and turning him around*) But I'm going to put the ship about so that you won't be going. Avast there!
- Gr.* (*circling Trachalio with his rope*) If you're the look-out on that craft, I'll be helmsman. Drop the rope, you lubber!
- Trach.* I'll drop the rope: you drop the trunk.
- Gr.* You'll never be a blessed bit the richer for this find, confound you!
- Trach.* (*tightening his hold*) No number of noes will weigh with me. You'll need to go shares or else leave it to a referee or give security.
- Gr.* Hey? A trunk I caught in the sea——

TITUS MACCIUS PLAUTUS

- Trach.* At ego inspectavi e litore.
Gr. Mea opera, labore et rete et horia?
Trach. Numqui minus, 1020
 si veniat nunc dominus cuiust, ego qui inspectavi
 procul
 te hunc habere, fur sum quam tu?
Gr. Nihilò.
Trach. Mane, mastigia :
 quo argumento socius non sum, et fur sum? fac
 dum ex te sciam.
Gr. Nescio, neque ego istas vestras leges urbanas scio,
 nisi quia hunc meum esse dico.
Trach. Et ego item esse aio meum.
Gr. Mane, iam repperi quo pacto nec fur nec socius
 sies.
Trach. Quo pacto?
Gr. Sine me hinc abire, tu abi tacitus tuam viam ;
 nec tu me cuiquam indicassis neque ego tibi quic-
 quam dabo ;
 tu taceto, ego mussitabo : hoc optimum atque
 acquissimum est.
Trach. Ecquid condicionis audes ferre ?
Gr. Iam dudum fero : 1030
 ut abeas, rudentem amittas, mihi molestus ne sies.
Trach. Mane, dum refero condicionem.
Gr. Te, opsecro herele, aufer modo.
Trach. Ecquem in his locis novisti ?
Gr. Oportet vicinos meos.
Trach. Vbi tu hic habitas ?
Gr. Porro illic longe usque in campis ultimis.
Trach. Vin qui in hac villa habitat, eius arbitrato fieri ?

RUDENS

- Trach.* While I saw you from the shore.
- Gr.* Single-handed and unaided with my own net and boat?
- Trach.* Supposing its owner comes along now, am I—that stood by and saw you with it—any less a thief than you?
- Gr.* (*eagerly*) Not a bit less!
- Trach.* Hold on, you villain! How do you make me out a thief without being a partaker? Just explain that to me.
- Gr.* (*taken aback*) I don't know, I don't understand those city laws of yours, anyway. All I say is, this is mine.
- Trach.* Yes, and I maintain it is mine.
- Gr.* (*suddenly illuminated*) Hold on! Now I see how you needn't be a thief, or partaker, either.
- Trach.* How?
- Gr.* You let me go my way, and you go yours and keep your mouth shut. Don't you give me away to anyone, and I won't give anything away to you. You keep still, and I'll keep mum. That's perfectly fair and square. (*tries to go*)
- Trach.* (*tightening the rope again*) Do you intend to make me some offer?
- Gr.* I made you one long ago—that you get out, drop the rope, and let me alone. (*pulls at the net*)
- Trach.* (*holding him fast as before*) Wait, while I make you a counter offer.
- Gr.* For God's sake, offer to be off!
- Trach.* Know anyone in these parts, do you?
- Gr.* Ought to know my neighbours.
- Trach.* Where about here do you live?
- Gr.* (*pointing vaguely*) Away over there, ever so far, clear at the end of the meadows.
- Trach.* Want to let the man that lives in this cottage (*pointing to house of Daemones*) be our referee?

TITUS MACCIUS PLAUTUS

Gr. Paulisper remitte restem, dum concedo et consulo.

Trach. Fiat.

Gr. Euge, salva res est, praeda haec perpetua est
mea;

ad meum erum arbitrum vocat me hic intra prae-
sepis meas:

numquam hercle hodie abiudicabit ab suo trio-
bolum.

ne iste haud scit quam condicionem tetulerit.
ibo ad arbitrum.

1040

Trach. Quid igitur?

Gr. Quamquam istuc esse ius meum certo scio,
fiat istuc potius, quam nunc pugnem tecum.

Trach. Nunc places.

Gr. Quamquam ad ignotum arbitrum me appellis, si
adhibebit fidem,
etsist ignotus, notus: si non, notus ignotissimust.

IV. 4.

Daem. Serio edepol, quamquam vobis volo quae voltis,
mulieres,

metuo, propter vos ne uxor mea med extrudat
aedibus,

quae me paelices adduxe dicet ante oculos suos.
vos confugite in aram potius quam ego.

Puellae Miserae periimus.

Daem. Ego vos salvas sistam, ne timete. sed quid vos
foras

prosequimini? quoniam ego adsum, faciet nemo
iniuriam;

1050

ite, inquam, domum ambo nunciam ex praesidio
praesides.

RUDENS

Gr. (*hiding his satisfaction*) Ease off on the rope a minute while I turn aside and think it over.

Trach. (*doing so*) There you are!

Gr. (*aside, triumphantly*) Hurray! It's all safe now! I've got this prize for good! Inviting me to make my own master the referee, right here in my own stall! Gad! Why, with him as judge, not a single sixpence will ever leave the family. Lord! That chap doesn't know what an offer he has made. A referee? Rather!

Trach. Well, how about it?

Gr. (*resignedly*) Although I'm positive it's mine by rights, I'll give in, sooner than go on and have a row with you.

Trach. That's the way to talk!

Gr. Although it's an unknown referee you force on me, still, if he's square, I'll know him, even if I don't: otherwise, I'll never never know him, even if I do.

Scene 4. ENTER *Palaestra* AND *Ampelisca* IN TEARS FROM THE COTTAGE, *Daemones* HESITANTLY COMING AFTER THEM. THE OVERSEERS FOLLOW.

Daem. (*very nervous*) Oh, good Lord, girls! I want to do what you want, I really do, but I'm afraid my wife will run me out of the house on account of you. She'll say I paraded my mistresses right in front of her face. I'd rather you fled to the altar than do so myself.

Girls Oh dear, dear, dear!

Daem. I'll see you're safe, never fear. (*noticing the overseers*) But why are you escorting us out? No one will harm them now that I am here. Inside at once, I tell you, both of you! Guards off guard!

[EXEUNT *Overseers*.

TITUS MACCIUS PLAUTUS

Gr. O ere, salve.

Daem. Salve, Gripe. quid fit?

Trach. Tuosne hic servos est?

Gr. Haud pudet.

Trach. Nil ago tecum.

Gr. Ergo abi hinc sis.

Trach. Quaeso responde, senex:
tuos hic servost?

Daem. Meus est.

Trach. Em istuc optime, quando tuost.
iterum te saluto.

Daem. Et ego te. tune es qui haud multo prius
abiisti hinc erum accersitum?

Trach. Ego is sum.

Daem. Quid nunc vis tibi?

Trach. Nempe hic tuos est?

Daem. Meus est.

Trach. Istuc optime, quando tuost.

Daem. Quid negotist?

Trach. Vir scelestus illic est.

Daem. Quid fecit tibi
vir scelestus?

Trach. Homini ego isti talos subfringi volo.

Daem. Quid est? qua de re litigatis nunc inter vos?

Trach. Eloquar. 1060

Gr. Immo ego cloquar.

Trach. Ego, opinor, rem facesso.

Gr. Si quidem
sis pudicus, hinc facessas.

Daem. Gripe, animum advorte ac tace.

RUDENS

- Tr. (*calling*) Oh, master! Good-morning!
- Daem. (*approaching them, the girls going to the altar*) Good-morning, Gripus. How goes it?
- Trach. (*to Daemones, in surprise*) Is this fellow your slave, sir?
- Tr. And not ashamed to be.
- Trach. (*to Gripus, icily*) I'm not concerned with you.
- Tr. Then kindly get out of here.
- Trach. (*to Daemones*) Do please answer me, sir. Is this fellow your slave?
- Daem. Yes, mine.
- Trach. Well, well, that's fine, his being yours! Good-morning to you again, sir!
- Daem. The same to you. (*looking at him more closely*) Aren't you the man that left here not long ago to call your master?
- Trach. I'm the man, sir.
- Daem. What do you want now?
- Trach. So this fellow's really yours?
- Daem. Yes, mine.
- Trach. That's fine, his being yours! (*glares balefully at Gripus*)
- Daem. What's the matter?
- Trach. He's an outrage of a man!
- Daem. And what has this outrage of a man done to you?
- Trach. I want his legs broken for him!
- Daem. What's the matter? What are you rowing about now, you two?
- Trach. I'll explain, sir.
- Tr. No, you won't! I'll explain.
- Trach. (*coldly*) I am on the stand here, I believe.
- Tr. You'd be on the move out of here, if you only had some decency.
- Daem. (*sternly*) Your attention, Gripus, and none of your talk!

TITUS MACCIUS PLAUTUS

- Gr.* Vtin istic prius dicat?
- Daem.* Audi. loquere tu.
- Gr.* Alienon prius
quam tuo dabis orationem?
- Trach.* Vt nequitur comprimi.
ita ut ocepi dicere, illum quem dudum e fano foras
lenonem extrusisti, hic eius vidulum eccillum tenet.
- Gr.* Non habeo.
- Trach.* Negas quod oculis video?
- Gr.* At ne videas velim.
habeo, non habeo: quid tu me curas quid rerum
geram?
- Trach.* Quo modo habeas, id refert, iurene anne iniuria.
- Gr.* Ni istum cepi, nulla causa est quin me condones
cruci; 1070
si in mari reti prehendi, qui tuom potiust quam
meum?
- Trach.* Verba dat. hoc modo res gesta est ut ego dico.
- Gr.* Quid tu ais?
- Trach.* Quod primarius vir dicat: comprime hunc sis, si
tuost.
- Gr.* Quid? tu idem mihi vis fieri quod erus consuevit
tibi?
si ille te comprimere solitust, hic noster nos non
solet.
- Daem.* Verbo illo modo ille vicit. quid nunc tu vis? dic
mihi.
- Trach.* Equidem ego neque partem posco mi istine de
istoc vidulo
neque meum esse hodie umquam dixi; sed isti
inest cistellula

RUDENS

- Gr.* What? And let him speak first?
- Daem.* (to *Gripus*) Listen. (to *Trachalio*) Out with it, you.
- Gr.* You'll let an outsider's slave have the first word before your own?
- Trach.* (to *Daemones*, with a superior nod toward *Gripus*) How hard it is to plug him up! But as I was about to say, sir, that pimp you ran out of the temple a while ago—this chap has got hold of his trunk, look!
- Gr.* I haven't!
- Trach.* You deny what I see with my own eyes?
- Gr.* Ugh! I only wish you'd lose 'em! Whether I have it or haven't it, what makes you meddle with my affairs?
- Trach.* The important point is how you have it, rightfully or wrongfully.
- Gr.* (to *Daemones*) If I didn't haul it up, I have nothing against your handing me to the hangman. (to *Trachalio*) If I caught it in my net in the sea, how is it yours instead of mine?
- Trach.* (to *Daemones*) He's bluffing, sir. The case is just as I state it.
- Gr.* Hey? What's that?
- Trach.* My rights as first speaker! If that fellow's yours, sir, kindly plug him up.
- Gr.* So? Want me to be handled the same way your master handles you, eh? Yours may be used to plugging you up, but ours doesn't use us that way.
- Daem.* (to *Trachalio*, chuckling) He got the best of you that time. Well now, what do you want? Tell me.
- Trach.* I'm neither claiming any part of what's in that trunk there, nor did I ever say it was mine at all, no, sir. But inside it is a little casket belonging

TITUS MACCIUS PLAUTUS

huius mulieris, quam dudum dixi fuisse liberam.

Daem. Nempe tu hanc dicis quam esse aiebas dudum
popularem meam?

1080

Trach. Admodum; et ea quae olim parva gestavit cre-
pundia

istic in ista cistula insunt, quae isti inest in vidulo.
hoc neque isti usust, et illi miserae suppetias
feret,

si id dederit, qui suos parentis quaerat.

Daem. Faciam ut det. tace.

Gr. Nil hercle ego sum isti daturus.

Trach. Nil peto nisi cistulam
et crepundia.

Gr. Quid si ea sunt aurea?

Trach. Quid istue tua?
aurum auro expendetur, argentum argento exae-
quabitur.

Gr. Fac sis aurum ut videam, post ego faciam ut videas
cistulam.

Daem. Cave malo ac tace tu. tu perge ut ocepisti
dicere.

Trach. Vnum te obsecro, ut ted huius commiserescat
mulieris,

1090

si quidem hic lenonis eiust vidulus, quem suspicor;
hic, nisi de opinione, certum nil dico tibi.

Gr. Viden? scelestus aucupatur.

Trach. Sine me ut ocepi loqui.
si scelesti illius est hic, cuius dico, vidulus,
haec poterunt novisse: ostendere his iube.

Gr. Ain? ostendere?

Daem. Haud iniquom dicit, Gripe, ut ostendatur vidulus.

Gr. Immo hercle insignite inique.

Daem. Quidum?

Gr. Quia, si ostendero,
continuo hunc novisse dicent scilicet.

RUDENS

to this girl that I previously told you was freeborn.

Daem. I suppose you mean the girl you previously said was a compatriot of mine?

Trach. Exactly, sir. And the toys she used to have as a child are there inside that casket that's there inside the trunk. It's of no use to him, and he'll be helping that poor girl if he gives her this means of identifying her parents.

Daem. I'll see he does. (*to Gripus*) No talk!

Gr. Not a thing will I give him, by heaven!

Trach. Not a thing do I ask for but the casket and toys.

Gr. What if they're gold?

Trach. What's that to you? You'll get gold for gold, silver for silver, same weight and same value.

Gr. Just you let me see your gold, and then I'll let you see the casket.

Daem. (*to Gripus*) Look out for trouble and hold your tongue! (*to Trachalio*) Go on, you, with what you were saying.

Trach. The one thing I beg of you, sir, is to take pity on this girl, if this is really the pimp's trunk, as I suspect it is. I'm only guessing so far, not telling you anything for certain.

Gr. Hear that? He's setting a trap, the villain!

Trach. Let me go on with what I was saying. If this trunk does belong to that villain I say, these girls can recognize it. Make him show it to them.

Gr. Hey? Show it?

Daem. There's nothing unfair in his request, Gripus, that the trunk be shown.

Gr. Lord save us! It's utterly unfair!

Daem. How so?

Gr. Why, once I show it, they'll instantly say they recognize it, of course they will.

TITUS MACCIUS PLAUTUS

- Trach.* Scelerum caput,
ut tute es, item omnis censes esse, periuri caput?
- Gr.* Omnia istaec ego facile patior, dum hic hinc a me
sentiat. 1100
- Trach.* At qui nunc abs te stat, verum hinc cibus¹ testi-
monium.
- Daem.* Gripe, advorte animum. tu paucis expedi, quid
postulas.
- Trach.* Dixi equidem, sed si parum intellexti, dicam denuo.
hasce ambas, ut dudum dixi, ita esse oportet
liberas:
haec Athenis parva fuit virgo surpta.
- Gr.* Dic mihi,
quid id ad vidulum,² servae sint istae an fuerint
liberae?
- Trach.* Omnia iterum vis memorari, scelus, ut defiat dies.
- Daem.* Apstine maledictis et mihi quod rogavi dilue.
- Trach.* Cistellam isti inesse oportet caudeam in isto
vidulo,
ubi sunt signa qui parentes noscere haec possit
suos, 1110
quibuscum periiit parva Athenis, sicuti dixi prius.
- Gr.* Iuppiter te dique perdant. quid ais, vir venefice?
quid, istae mutae sunt, quae pro se fabulari non
queant?
- Trach.* Eo tacent, quia tacitast melior mulier semper
quam loquens.
- Gr.* Tum pol tu pro portione nec vir nec mulier mihi es.
- Trach.* Quidum?
- Gr.* Quia enim neque loquens es neque tacens
umquam bonus.
quaeso, enumquam hodie licebit mihi loqui?

¹ *cibus* Acidalius: *ibi* MSS.

² Leo brackets following *pertinet*.

RUDENS

Trach. You fount of iniquity! D'ye suppose everyone's like yourself, you fount of perjury?

Gr. All that sort of talk's easy to put up with, so long as master here is on my side.

Trach. It may be on your side he's standing now, but he'll take evidence from this side. (*indicating the girls*)

Daem. (*as Gripus fumes*) Attention, Gripus! (*to Trachalio*) And you, state briefly what you want.

Trach. Why, sir, I've told you, but if it isn't clear, I'll tell you a second time. Both these girls, as I told you a while ago, ought to be free. This one (*pointing to Palaestra*) was stolen from Athens as a child.

Gr. And what has it got to do with the trunk whether they're slaves or were free, tell me that?

Trach. You want everything repeated, rascal, so as to kill time.

Daem. Drop your abuse and explain what I've asked you.

Trach. (*patiently*) Inside that trunk there should be a casket made of rushes, containing some things by which she can recognize her parents, things she had with her when she vanished from Athens in childhood, as I said before.

Gr. I wish to God you'd vanish from earth! Look here, poisoner! Tell me, are those girls dumb, that they can't do their own chattering?

Trach. They're silent because a woman's always worth more seen than heard.

Gr. Gad! Then I take it you aren't fully qualified as a man or woman either.

Trach. How so?

Gr. Why, because, seen or heard either, you're always worthless. (*to Daemones*) I say, ain't I ever going to get a chance to speak to-day?

TITUS MACCIUS PLAUTUS

- Daem.* Si praeterhac
unum verbum faxis hodie, ego tibi comminuam
caput.
- Trach.* Vt id ocepi dicere, senex, eam te quaeso cistulam
ut iubeas hunc reddere illis; ob eam si quid
postulat
sibi mercedis, dabitur: aliud quidquid ibi est
habeat sibi. 1120
- Gr.* Nunc demum istuc dicis, quoniam ius meum esse
intellegis:
dudum dimidiam petebas partem.
- Trach.* Immo etiam nunc peto.
- Gr.* Vidi petere miluom, etiam cum nihil auferret
tamen.
- Daem.* Non ego te comprimere possum sine malo?
- Gr.* Si istic tacet,
ego tacebo; si iste loquitur, sine me pro parte
loqui.
- Daem.* Cedo modo mihi vidulum istum, Gripe.
- Gr.* Concedam tibi,
ac, si istorum nil sit, ut mihi reddas.
- Daem.* Reddetur.
- Gr.* Tene.
- Daem.* Audi nunciam, Palaestra atque Ampelisca, hoc
quod loquor.
estne hic vidulus ubi cistellam tuam inesse aiebas?
- Pal.* Is est. 1130
- Gr.* Perii hercle ego miser, uti, prius quam plane
aspexit, ilico
eum esse dixit.
- Pal.* Faciam ego hanc rem ex procliva
planam tibi.
cistellam isti inesse oportet caudeam in isto vidulo,
ibi ego dicam quidquid inerit nominatim: tu mihi
nullum ostenderis; si falsa dicam, frustra dixero,

RUDENS

Daem. Just one more word from you to-day, and I'll smash your skull!

Trach. As I was saying, sir, I do wish you'd make him give this casket back to them. If he claims a reward for it, he shall have one: and let him keep for himself anything else that's in it.

Gr. (*sneering*) Yes, finally you say that, now you realize I have a right to it. A while ago you were after a half of it.

Trach. Well, and I'm after it still.

Gr. I've seen a kite after something, and still get nothing, though.

Daem. (*to Gripus*) Can't I plug you up without making trouble?

Gr. If he shuts his mouth, I'll shut mine. If he goes on talking, let me have my say.

Daem. Here, Gripus, give me that trunk.

Gr. (*after an inward debate*) I'll give it up to you—I to get it back, if none of that stuff's in it.

Daem. You shall get it back.

Gr. (*tugging it up to Daemones*) There you are!

Daem. (*calling to the girls*) Palaestra! Ampelisca, too! Now then, listen to what I say. (*they approach*) Is this the trunk (*to Palaestra*) you said your casket was in?

Pal. (*eagerly*) Yes, it is!

Gr. Oh, damnation! I'm done for! The way she said it was the one, at once, without even giving it a good look!

Pal. (*to Daemones*) It does look doubtful, sir, but I'll make my claim clear to you. There in that trunk should be a rush casket. I'll name every article in it, one by one: you're not to show me a single thing. If I make mistakes, that makes my claim void, and you can disregard me and keep what-

TITUS MACCIUS PLAUTUS

vos tamen istaec, quidquid istic inerit, vobis
habebitis;
sed si erunt vera, tum opseero te, ut mea mi
reddantur.

Daem. , Placet.

ius merum oras meo quidem animo.

Gr. At meo herele iniuriam.
quid si ista aut superstitiosa aut hariolast atque
omnia,

quidquid insit, vera dieet? anne habebit hariola? 1140

Daem. Non feret, nisi vera dicet: nequiquam hariola-
bitur.

solve vidulum ergo, ut quid sit verum quam primum
sciam.

Gr. Hoc habet, solutust.

Daem. Aperi. video eistellam. haecinest?

Pal. Istaec est. o mei parentes, hic vos conclusos gero,
huc opesque spesque vestrum cognoscendum
condidi.

Gr. Tum tibi herele deos iratos esse oportet, quisquis es,
quae parentis tam in angustum tuos locum com-
pegeris.

Daem. Gripe, accede hue; tua res agitur. tu, puella,
istine proeul

dicito quid insit et qua facie, memorato omnia.

si herele tantillum peceassis, quod posterius
postules

te ad verum convorti, nugas, mulier, magnas
egeris. 1150

Gr. Ius bonum oras.

Trach. Edepol haud te orat, nam tu iniuriu's.

Daem. Loquere nunciam, puella. Gripe, animum advorte
ac tace.

RUDENS

ever is in there for yourselves. But if I don't make mistakes, then do please let me have my own things back.

Daem. Agreed. Yes, I call those terms perfectly fair.

Gr. But I call 'em perfectly unfair, by heaven! What if she's a witch or fortune-teller, and names everything in it rightly? Is a fortune-teller going to get it?

Daem. She gets nothing unless she does name things rightly. Fortune-telling won't help her. So unfasten the trunk and let me learn the facts as soon as possible.

Gr. (*with assumed confidence as he unfastens it*) Here's the end of her! (*to Daemones*) It's unfastened.

Daem. Open it. (*Gripus does so, glances inside, falls back, choking*) I see a casket! (*hands it to Palaestra*) Is this it?

Pal. It is! Oh, my dear parents, here I hold you enclosed within! Here I've stored all means and hopes of knowing you!

Gr. Then, by gad, you ought to catch it from the gods, whoever you are, for cooping up your parents in such narrow quarters.

Daem. (*taking the casket and motioning Palaestra to stand aside*) Gripus, step up here; it's your case that's on. As for you, girl, name and describe, from away over there, what's inside here, and mind you mention everything. If you make the slightest slip and suppose you can correct yourself later, let me tell you it won't be of the least use, young lady.

Gr. (*pleased*) That's putting it straight!

Trach. Gad! It's not you he's putting: you're crooked.

Daem. (*opening the casket*) Now then, girl, speak up. Gripus, pay attention and keep your mouth shut.

TITUS MACCIUS PLAUTUS

- Pal.* Sunt crepundia.
- Daem.* Ecce video.
- Gr.* Perii in primo proelio.
mane, ne ostenderis.
- Daem.* Qua facie sunt? responde ex ordine.
- Pal.* Ensiculust aureolus primum litteratus.
- Daem.* Dice dum,
in eo ensiculo litterarum quid est?
- Pal.* Mei nomen patris.
post altrinsecust securicula ancipes, itidem aurea
litterata: ibi matris nomen in securiculast.
- Daem.* Mane.
dic, in ensiculo quid nomen est paternum?
- Pal.* Daemones. 1160
- Daem.* Di immortales, ubi loci sunt spes meae?
- Gr.* Immo edepol meae?
- Trach.* Pergite, opsecro, continuo.
- Gr.* Placide, aut i in malam crucem.
- Daem.* Loquere matris nomen hic quid in securicula siet.
- Pal.* Daedalis.
- Daem.* Di me servatum cupiunt.
- Gr.* At me perditum.
- Daem.* Filiam meam esse hanc oportet. Gripe.
- Gr.* Sit per me quidem.
qui te di omnes perdant, qui me hodie oculis
vidisti tuis,
meque adeo scelestum, qui non circumspexi
centiens,
prius me ne quis inspectaret quam rete extraxi
ex aqua.

RUDENS

- Pal.* There's a chain of toys.
- Daem.* (*letting Gripus see it*) Yes, here it is!
- Gr.* (*aside, morosely*) Finished in the first round! (*to Daemones*) Hold on! Don't show it her!
- Daem.* What sort of toys? Answer in detail.
- Pal.* First, there's a tiny little gold sword with an inscription.
- Daem.* (*finding it*) Come then, what's the inscription on this little sword? (*looks for it*)
- Pal.* The name of my father. Then on the other side there's a little two-headed axe, also made of gold and inscribed: it's my mother's name there on the axe.
- Daem.* (*startled at what he sees*) Wait! Tell me, what's this name on the sword, your father's name?
- Pal.* Daemones.
- Daem.* (*half aside, much agitated*) Good God! These hopes of mine!
- Gr.* (*ruefully*) Huh! And mine! Oh, Lord!
- Trach.* (*to Palaestra and Daemones*) Get on, for heaven's sake, keep at it!
- Gr.* (*to Trachalio, indignantly*) Go easy there! Or else go hang!
- Daem.* (*after examining the axe*) And your mother's name here on the little axe—tell me that!
- Pal.* Daedalis.
- Daem.* (*eagerly studying Palaestra's face*) Ah, this is help from Heaven!
- Gr.* Yes, but hell for me!
- Daem.* Gripus, this must be my daughter!
- Gr.* Let her be, for all I care! (*to Trachalio*) Ugh! God curse you for setting eyes on me to-day! Yes, and me for being an infernal fool that didn't look around a hundred times to see nobody was watching before I pulled my net out of the water!

TITUS MACCIUS PLAUTUS

- Pal.* Post sicilicula argenteola et duae conexae man-
iculae et
sucula.
- Gr.* Quin tu i dierecta, cum sucula et cum porculis. 1170
- Pal.* Et bulla aurea est, pater quam dedit mi natali
die.
- Daem.* Ea est profecto. contineri quin complectar non
queo.
filia mea, salve. ego is sum qui te produxi pater,
ego sum Daemones, et mater tua eccam hic intus
Daedalis.
- Pal.* Salve, mi pater insperate.
- Daem.* Salve. ut te amplector libens.
- Trach.* Volup est cum istuc ex pietate vestra vobis con-
tigit.
- Daem.* Cape dum, hunc si potes fer intro vidulum, age,
Trachalio.
- Trach.* Ecce Gripi scelera. cum istaec res male evenit tibi,
Gripe, gratulor.
- Daem.* Age eamus, mea gnata, ad matrem tuam,
quae ex te poterit argumentis hanc rem magis
exquirere, 1180
quae te magis tractavit magisque signa pernovit
tua.
- Trach.* Eamus intro omnes, quando operam promiscam
damus.
- Pal.* Sequere me, Ampelisca.
- Amp.* Cum te di amant, voluptati est mihi.
- Grip.* Sumne ego scelestus, qui illunc hodie excepi
vidulum?
aut cum excepi, qui non alicubi in solo abstrusi
loco?
credebam edepol turbulentam praedam eventuram
mihi,

RUDENS

- Pal.* Then there's a tiny little silver sickle and a tiny pair of clasped hands, and a windlass——
- Gr.* Go to Hades with your wind, lass, and take along your little windpipe!
- Pal.* And there's a gold locket, too, that my father gave me on my birthday.
- Daem.* (*looking at it*) She is, she certainly is! I can't keep from hugging her any longer! (*throws his arms about her*) Ah, my own daughter! I am the father that reared you! I am Daemones myself, and look, inside here is your mother, Daedalis!
- Pal.* Ah, dear father, father unhop'd for!
- Daem.* Ah, the joy of having you in my arms!
- Trach.* It's grand seeing you good folks get the luck you deserve!
- Daem.* Come, Trachalio, just see if you can't take this trunk and carry it inside.
- Trach.* (*blithely laying hold of it*) Look at poor old Gripus! Hard luck, Gripus! I want to express my—satisfaction.
- Daem.* (*to Palaestra*) Come, let's go to your mother, my child. She can make further inquiries and test you better, having had more to do with you and knowing more about those tokens of yours.
- Trach.* (*carefully excluding Gripus*) Let's all go in together, sir, seeing we've all got a part in it.
- [*EXEUNT Trachalio AND Daemones.*]
- Pal.* Come along with me, Ampelisca.
- Amp.* I'm so glad that God has been good to you!
- [*EXEUNT.*]
- Gr.* (*very low*) Now ain't I a damned fool, to have fished up that trunk to-day? Or not to have hidden it some place out of sight when I did fish it up? Oh Lord! I fancied I'd have a wild wild time with this catch, catching it in such wild wild

TITUS MACCIUS PLAUTUS

quia illa mihi tam turbulenta tempestate evenerat.
 credo edepol ego illic inesse argenti et auri largiter.
 quid meliust, quam ut hinc intro abeam et me
 suspendam clanculum,
 saltem tantisper dum abscedat haec a me aegri-
 monia ?

1190

IV. 5.

Daem. Pro di immortales, quis me est fortunatior,
 qui ex improvise filiam inveni meam ?
 satin si cui homini dei esse bene factum volunt,
 aliquo illud pacto optingit optatum piis ?
 ego hodie neque speravi neque illud credidi :
 is improvise filiam inveni tamen ;
 et eam de genere summo adulescenti dabo
 ingenuo, Atheniensi et cognato meo.
 ego cum adeo arcessi huc ad me quam primum
 volo,
 iussique exire huc servom eius, ut ad forum
 iret ; nondum egressum esse eum, id miror tamen.
 accedam, opinor, ad fores. quid conspikor ?
 uxor complexa collo retinet filiam.
 nimis paene inepta atque odiosa eius amatiost.

1200

IV. 6.

Aliquando osculando meliust, uxor, pausam fieri ;
 atque adorna, ut rem divinam faciam, cum intro
 advenero,
 Laribus familiaribus, cum auxerunt nostram fami-
 liam.
 sunt domi agni et porci sacres. sed quid istum
 remoramini,
 mulieres, Trachalionem ? atque optime eccum exit
 foras.

RUDENS

weather! Oh Lord! And there's all sorts of silver and gold in it, I fancy. Well, the best I can do is go inside and hang myself, on the quiet—at least for a while, till I feel better.

[EXIT.]

Scene 5. ENTER *Daemones* FROM HIS HOUSE, MUCH PLEASED WITH LIFE.

Daem. Ye immortal gods! Who's a luckier man than I am—discovering my daughter so unexpectedly? Isn't it a fact that if the gods wish to help a man, it does somehow come about that the prayers of the pious are answered? Here I was, never hoping or believing it could happen: yet here I am with my daughter unexpectedly discovered. And I'm going to marry her to a fine young fellow of one of the best families in Athens, related to me, too. I certainly want to have him summoned here at once; (*glancing about impatiently*) yes, and that slave of his had my orders to come out and run over to the forum. Odd he hasn't come out yet, though. I'd better go to the door. (*looking into the house*) Eh? What's this I see? My wife, arms around her daughter's neck, clinging to her!

Scene 6. Comes precious near being a silly nuisance, all her fondling! (*shouting*) Wife! Better call a halt on that kissing some time! Yes, and get things ready for me to make an offering to the household gods when I return, seeing they've augmented our household. We have lambs and pigs for sacrifice. See here, you women! What are you keeping that Trachalio for? Ah! Here he comes! Good!

TITUS MACCIUS PLAUTUS

- Trach.* Vbi ubi erit, iam investigabo et mecum ad te
adducam simul 1210
Plesidippum.
- Daem.* Eloquere ut haec res optigit de filia ;
eum roga, ut relinquat alias res et huc veniat.
- Trach.* Licet.
- Daem.* Dicitō daturum meam illi filiam uxorem.
- Trach.* Licet.
- Daem.* Et patrem eius me novisse et mi esse cognatum.
- Trach.* Licet.
- Daem.* Sed propera.
- Trach.* Licet.
- Daem.* Iam hic fac sit, cena ut curetur.
- Trach.* Licet.
- Daem.* Omnian licet ?
- Trach.* Licet. sed scin quid est quod te volo ?
quod promisisti ut memineris, hodie ut liber sim.
- Daem.* Licet.
- Trach.* Fac ut exores Plesidippum, ut me manu emittat.
- Daem.* Licet.
- Trach.* Et tua filia facito oret: facile exorabit.
- Daem.* Licet.
- Trach.* Atque ut mi Ampelisca nubat, ubi ego sim liber.
- Daem.* Licet. 1220
- Trach.* Atque ut gratum mi beneficium factis experiar.
- Daem.* Licet.
- Trach.* Omnian licet ?
- Daem.* Licet: tibi rursum refero gratiam.
sed propera ire in urbem actutum et recipe te huc
rursum.

RUDENS

ENTER *Trachalio*.

Trach. (to *Palaestra* inside, *patronizingly*) I'll hunt up Plesidippus for you at once and bring him back with me, no matter where he is.

Daem. (to *Trachalio*, *urgently*) Tell him all that happened about my daughter; ask him to drop everything else and come here.

Trach. (*nonchalantly*) Right.

Daem. Say he shall marry my daughter.

Trach. Right.

Daem. And that I know his father, and that he's a relative of mine.

Trach. Right.

Daem. But be quick, man!

Trach. Right.

Daem. Make him hurry up, so that we can see to dinner.

Trach. Right. (*saunters off*)

Daem. "Right" to everything, eh?

Trach. (*over his shoulder*) Right. (*halting*) But you know what it is I want of you? To remember your promise that I'd be freed to-day.

Daem. (*quizzically*) Right.

Trach. See you get Plesidippus to give me up.

Daem. Right.

Trach. And see that your daughter gets in her word: she'll get it out of him easily.

Daem. Right.

Trach. And that Ampelisca marries me when I'm free.

Daem. Right.

Trach. And that I get real pay for a real service.

Daem. Right.

Trach. (*grinning*) "Right" to everything, eh?

Daem. (*loudly*) Right! I'm paying you back in your own coin. But move! Hurry along to the city and then return here.

TITUS MACCIUS PLAUTUS

Trach. Licet.

iam hic ero. tu interibi adorna ceterum quod opust.

Daem. Licet.

Hercules istum infelicet cum sua licentia ;
ita meas replevit auris, quidquid memorabam,
licet.

IV. 7.

Gr. Quam mox licet te compellare, Daemones ?

Daem. Quid est negoti, Gripe ?

Gr. De illo vidulo :

si sapias, sapias ; habeas quod di dant boni.

Daem. Aequom videtur, tibi, ut ego, alienum quod est, 1230
meum esse dicam ?

Gr. Quodne ego inveni in mari ?

Daem. Tanto illi melius optigit qui perdidit ;
tuom esse nihilo magis oportet vidulum.

Gr. Isto tu pauper es, quom nimis sancte pius.

Daem. O Gripe, Gripe, in aetate hominum plurimae
fiunt trasennae, ubi decipiuntur dolis.

atque edepol in eas plerumque esca imponitur :
quam si quis avidus poscit escam avariter,
decipitur in trasenna avaritia sua.

ille qui consulte, docte atque astute cavet, 1240
diutine uti bene licet partum bene.

mihi istaec videtur praeda praedatum irier,
ut cum maiore dote abeat quam advenerit.
egone ut quod ad me allatum esse alienum sciam,
celem ? minime istuc faciet noster Daemones.

semper cavere hoc sapientis aequissimumst,

RUDENS

Trach. (*more loudly*) Right! I'll be here soon. Meantime attend to other necessary things yourself.

Daem. (*yelling after him*) Right! (*to himself*) And pray Hercules make the fellow all wrong with his all Right! The way he filled my ears, whatever I said, with "Right"! [EXIT.]

Scene 7. ENTER *Gripus* FROM THE HOUSE, FURTIVELY.

Gr. How soon will a word with you be all right, sir?

Daem. (*with a start at the "right"*) What's the matter, *Gripus*?

Gr. (*sidling up to him*) About that trunk, sir—if you'd show sense, you'd show sense; you'd keep the good things God gives you.

Daem. So you think it fair for me to claim another person's property, eh?

Gr. Something I found in the sea?

Daem. So much the luckier for the man that lost it. That doesn't make the trunk yours any the more.

Gr. (*morosely*) There! That's why you're poor—you're too blessed pious.

Daem. (*meditatively*) Ah, *Gripus*, *Gripus*, this life of ours is full of traps that cheat and catch mankind. Ay, and very often they are baited too. Then if some grasping soul snaps greedily at this bait, he's caught, trapped by his own greed. But the man that's careful to act with forethought, prudence and discernment can long take honest pleasure in his honest gains. Loot such as that, methinks, is on the road to being looted, and to leaving with a larger dowry than it brought. (*very self-righteous*) I to receive property I know to be another's, and conceal it? Not I! None of that for friend *Daemones*! It highly befits wise masters to take

TITUS MACCIUS PLAUTUS

ne conscii sint ipsi malefici suis.

ego mihi conclusim ¹ nil moror ullum lucrum.

Gr. Spectavi ego pridem comicos ad istunc modum
sapienter dicta dicere atque eis plaudier, 1250
cum illos sapientis mores monstrabant populo :
sed cum inde suam quisque ibant divorsi domum,
nullus erat illo pacto ut illi iusserant.

Daem. Abi intro, ne molestus, linguae tempera.
